

1246, marzo, 3.

Donación que Juan, Elvira y Urraca Froila, junto con Urraca Fernández, hicieron al Monasterio de Pedroso de parte del Vilar de Randulfe.

CDP n.º 8: Ibi. Orig. perg. de 231×260 mm.

(*Crismon*): Inicium scripti fiat in nomine (*Christi*), sub (*Christi*) nomine. Nos, Iohannes Froyle, et Elvire Froyle, et Urrace Froyle, et Urrace Fernandi, filii qui fuimus de Maiori Didaci, et omnibus vocibus nostris, pro remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, offerimus Deo et Sancti Salvatoris de Petroso et reliquie quarum ibi sunt recondite, et vobis Prior donnus Dominicus Petri, una cum omni conventui eius loci, damus et offerimus vobis et Sancti Salvatoris de Petroso VIII^a integra de vilar de Randulfi, cum omnibus directuris et pertinentiis suis, et recepimus de vobis, pro roboratione, xxxv solidos, monete legionensis, ut ab hac die et deinceps damus et concedimus predictam hereditatem, quietam, iure pacifico, ad prefatum monasterium; et, de hoc die, de iure nostro sit abraza et in vestro iure et dominio sit tradita atque confirmata; habeatis illam, vendatis, donetis, commutetis et omne velle vestrum ex ea faciatis. Et ista hereditate iam superius scriptam, quam vobis donamus et vendimus, iacet in territorio de Trasancis, discurrende ad aulam Sancte Marie de Bardaos. Si quisquis in futurum, tam de nostra generatione quam de aliena, contra hunc seriem testamenti, quam libenti animo iussimus facere, ad irrumpedum venerit vel nos venerimus, quisquis fuerit, sit maledictus usque in VII^m generationem, et cum Datam et Abiron, quos terra vivos obsorbuit, in infernum descendat et quantum calumpniaverit, in quadruplum reddat ad vocem monasterii, et ad vocem donni Regis D(*quinientos*) solidos persolvat; et semper factum nostrum permaneat firmum. Facta cartula donationis et venditionis et confirmationis, V.º nonas maii, sub Era M.CC.LXXX.III^a. Regnante Serenissimo Rege nostro donno Fernando; tenente Comitatu donno Ruderico Gomecii, Compostellano Archiepiscopo donno J. Arie, Minduniensi Episcopo donno M(*artino*), Maiori Maiorino in Gallecia donno Munioni Fernandi. Nos, supra nominata Iohannes Froyle, et Elvire Froyle, et Urraca Froyle, et Urraca Fernandi, et omnibus vocibus nostris, in hunc seriem testamenti, quam libenti animo iussimus facere, proprias manus roboramus et confirmamus (*a continuación se halla el dibujo de una mano*) et signum nostrum iussimus facere (*Signo*) Qui presentes fuerunt:

(1.^a columna):

Vincentius Petri, canonicus, testis et confirmat. Iohannes Martiniz canonicus, testis et confirmat. Pelagius Iohannis, canonicus, testis et confirmat. Didacus Sancii, canonicus, testis et confirmat. Iohannes Pelagii, canonicus, testis et confirmat. Iohannes Belo, canonicus, testis et confirmat.

(2.^a columna):

Pelagius Martíniz, Presbyter, testis et confirmat. Iohannes Petri, Presbyter, testis et confirmat. Gundisalvus Gundisalvi, Presbyter, testis et confirmat. Pelagius Iohannis, diaconus, testis et confirmat. Dominicus Petri, Acolitus, testis et confirmat. Iohannes Ruderici, acolitus, testis et confirmat.

(3.^a columna):

Marcus Petri, testis. Petrus Iohannis, testis. Iohannis Martíniz, testis, et alii multi qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt. — Laurentius Martíniz notuit et interfui.

Nos, iam supra nominati, Iohannes Froile et Elvire Froile et Urrace Froile et Urrace Fernandi et omnibus vocibus nostris, vobis, predictus Prior, et conventui et omnibus successoribus vestris, quos voce Monasterii Sancti Salvatoris de Petroso pulsaverit, promittimus vobis et concedimus per omnia bona nostra, habita et habenda, facere de pace supra scriptam hereditatem de Randulfi [... 7] et vendimus [... 8] evo perenni et sancta cuncta.